

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia k  
cum uariis

Non minoris est criminis habenti tollere quam cum possis et habes indigentibus denegare. Esuriencium panis est quem tu detines, nudorum indumentum quod tu includis, miserorum redemcio et absolucione pecunia quam tu in terra fodis; tantorum scias te inuadere bona; quantis possis prestare et nolis. Non sunt bona hominis que secum ferre non potest. Sola misericordia comes est defunctorum.

Ambrosius in quodam sermone.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

(nulla)